



§. I.



E exploratoribus a Josua Jerichuntem misfis Cap. II. v. 1. legitur: וילכו ויבאו בית אשה זונה; ושמה רחב וישכבו שמה; *abibant* (duo exploratores) *ingrediebantur domum mulieris meretricis, cui nomen erat Rachab, in qua etiam decumbebant.* Notum est, digladiari inter se interpretes & hebraicum vocabulum זינר interpretaturos in duplicem discedere sententiam, sparso diffensionis semine a Paraphrasta Chaldaeo & LXX. Senioribus. Ille enim verba nostra vertit: ואזלו ועלו לבית אתתא פונרקיתא ושמה: *abierunt* *adscenderunt in domum mulieris* πανδοκσυτερας, cui nomen erat Rachab, in qua decubuerunt. Hi autem ita transtulerunt: Καὶ εἰσήλθουσιν εἰς οἰκίαν γυναικὸς πόρνῆς, ἣ ὄνομα ραὰβ, καὶ κατέλυσαν ἐκεῖ. Putant itaque, duplicem hanc versionem duplicem involvere & diversam significationem. Unde, qui Jonathanem sequuntur, vocem פונרקיתא intuiti, pro hospita solummodo Rachabam venditant, qui vero LXX Senes duces eligunt, eandem scortum fuisse contendunt. Huic sententiarum diversitati ansam sine dubio porro dederunt matres duæ, e quibus progenita hæc videtur esse filia. Altera est Chaldaeis usitata, זין scilicet, quæ alere, pascere, sustentare significat, uti videre est Dan. 4, 9. ubi ramus ille dicitur pulcher fuisse & fructuosus; ומנר: *ex eo alebatur omnis caro.* Unde qui ab hac radice vocabulum זונה derivant, per hospitam, interpretantur: quem sensum eligit Kimchi Libro Radic. col. 127. רחב הזונה תאר בפלס טובה ופירושו מוכרת מזון

A

כן